

www.e-rara.ch

Ethices christianae libri tres

Daneau, Lambert

Genevae, 1582

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: III Q 101: c

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-633>

Cap. XIX.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ctus. Fieri enim non potest. Itaque quas illi vo-
cant propriè virtutes, & animorum nostrorū
vires, huiusmodi, in quibus vis rebellionis no-
stræ & peccati, sit planè sepulta & sopita, sunt
ægrorum somnia, nec in vlllo homine mortali
(si modò vnum Dominum nostrum Iesum
Christum exceperis) reperiuntur. Illa igitur so-
lùm animi constitutio ac status in nobis inesse
hïc potest, qui est imperfectus sanctitatis & iu-
stitiæ gradus, & in quo etiam renatis magna
tamen in bene agendo restat cum carnis con-
cupiscentia, lucta & pugna: sed in qua tamē re-
cta ratio & voluntas superior & victrix, Dei
Spiritu vires dante, tandem euadit, Hæc autem
animi habitudo & status ab iisdē Philosophis
Εὐχρητίας tantùm, non etiã præclaro illo Αρετῆς
nomine notatur, Sed tamen hæc sola in verif-
simis Christianis inest & cerni potest dum in
hac mortali & misera carne & corpore ver-
santur. Quod ipsi postea fusius erit ex-
plicandum.



CAP. XIX.

*Quæ sit actionum nostrarum, quæ sunt honestæ,
forma quatenus in ipso actu versantur &
spectantur.*

FORMA verò actionum nostrarū,
quatenus in ipso actu & opere ver-
santur, est exacta quædam, & ad a-
mussim exæquata ipsius operis no-
stri ad præscriptam à Deo normam, ratio &
admini-

administratio. Itaque ne tantillum quidem ab illa regula discessisse debet nostrum opus. Atque eam virtutem, quæ cæteras ad suum finem & ad sua præcepta tam seuerè reuocat, exigit, & ordinat, vt neque excessus, vel exuperantia, quam Græci *πλεονεξίαν*, vel *επιβολὴν* appellant; neque defectus, vel deficientia, quam iidē *ἐλαττωσίν*, vsquam insit, vulgò nominant iustitiam, quam in omnium virtutum moderatione, & iusta actionum nostrarum administratione adhibendam scribit libro 5. Ethicor. *Νικομαχ.* Aristoteles. Alii autem Spiritum discretionis vocabulo à Scriptura vsurpato, I. Corinth. 12, vers. 10. I. Ioann. 4, vers. 1. dicere maluerūt. Illa igitur (siue discretio, siue iustitia nominetur) certè est quæ in actionum nostrarum opere ad suam normam exigendo versatur, atque nos dirigit. Cui comes additur à Philosophis Prudentia, quæ in mediis cuiusq; honestæ actionis aptis & accommodatis tū quærendis, tū etiam diiudicandis versatur. Ipsa verò nostrarum actionum tam exacta, & bene planèque conueniens cum suo exemplari & typo, cum sua Legge ac regula ratio ac proportio, vt neque in ea quicquam redūdet, neque ab ea quicquā deficiat, est vera illa nostrarum actionum forma quatenus in actu versantur, quā variis nominibus scriptores Ethnici appellarūt. Alii enim eā appellant iustitiam, sed generalem, vt ab ea, quæ specialis nominatur, versaturque in vno quodā rerum & negotiorum genere rectè administrando, distinguatur. Certè iustitia generali significato, nō tātum ab Aristotele, sed etiam in Sacra

m. iij.

Scriptura vocatur totius vitæ & actionum nostrarum institutio ad virtutem, siue Legē Dei, quemadmodum Matthæi 6. v. 33. Tit. 2. v. 12. apparet. Vnde illud præclare, quanquam ab homine prophano, dictum est.

Εν δὲ διγμοσύνη συλλήβδην πᾶσ' ἀρετῇ ὄζει. Anselmus in Dialogo De verit. cap. 13. ita definit, *Vera iustitia est non rectitudo sciētie, aut rectitudo actionis, sed rectitudo volūtatis propter se seruata.* Alii autem eam nostrarum actionum honestarum, quatenus in actu sunt, formam potius Mediocritatem vocarunt, quoniam inter illud quod plus est & minus, media quadam via incedit ea quæ laudatur in nostris actionibus, honestas, & agēdi ratio. Vnde Bernardus lib. 1. De cōsiderat. cap. 6. Omnium, ait, *quodāmodo intima vis vna est & medulla virtutum, nempe meditullium ipsum, id est, mediocritas, in qua sic vniuntur, ut perinde vna videantur omnes: sed iustitia in affectu est istius mediocritatis: à fortitudine efficacia: à temperantia usus & possessio illius: à prudentia inuentio illius.* Alij autem Decorum appellare malūt: alij Honestatem: alii denique eam actionum nostrarum formam Virtutem nuncupāt, quo maximè nomine hīc à nobis appellabatur. Est enim tum veteribus, tum recentioribus vox magis vsitata, quæ vel ipso sono aliquid splendidum, atque inter homines commendatione dignum continere atque sonare videtur. De qua nobis idcirco est paulò latius, sed tamen quàm breuiter pro suscepti operis argumento fieri poterit, nunc dicendum.